



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

92. Exceptio exemptionis opposita in vim declinatoriæ, an reservari possit  
post litem contestatam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## QVÆSTIO XCII.

Exemptio exemptionis opposita in vim declinatoriæ, an reservari possit post litem contestatam.

Super exceptione exemptionis in vim declinatoriæ opposita, statim ante litem contestationem & negotii principalis ingressum, velut super emergenti & præiudiciali quæstione Melchior Klinck, cap. 1. n. 6, 7. 8. ubi Abb. n. 7. & DD. de ord. Cognit. pronuntiandum est, alioquin, processus, aut nullus est, opinione quorundam, aut qui præbeat appellandi causam, Abb. d. cap. 1. n. 7. Fel. cap. exhibita nu. 6. de iudic. c. suborta n. 5. de re iudicat. Idque unica hac ratione, quod iudex super exceptionibus declinatoriis, seu præiudicialibus & negotio principali simul procedere non potest, Melchior Klinck d. cap. exhibita nu. 18. & DD. iam citati, quod si faciat expresse rejiciendo, aut tacite per ingressum negotii principalis c. dilecto c. ex parte M. ubi Abb. nu. 2. & W. mes. nu. 1. de appellat. Clem. cum à repulsione, ubi glo. de appell. cap. interposita ubi Abb. cod. tit. in decretal. licite appellari poterit, d. cap. 1. & Fel. ubi supra & d. cap. interposita & DD. iam citati.

## QVÆSTIO XCIII.

Chorales Ecclesiæ exemptæ in ius coram ordinario vocatæ à Canonico ejusdem Ecclesiæ, an prætextu exemptionis declinare possint.

Dechori & choraulium ethymo, origine, antiquitate, & instituto nihil attinet hic dicere, Polydorus Virgilius li. 6. de invent. rerum ca. 2. alique Historiarum & Latinitatis assertores, hac de re videndi sunt. Itaque distinguendum est an exemptio choraulis competat æque principaliter & independenter, an verò accessorie, & dependenter, ne actum agam, videri poterunt quæ antea scripsimus lib. 1. qu. 17. n. 19. & seqq. Crambe enim bis cocta mors est. Id tantum hoc loci parergos dictum sit, Chorales servitio chori designatos, habitum & tonsuram gerentes, non modo fori privilegio gaudere, sed & beneficio capituli si quis suadente diabolo, idque etiam revera ordine clericali non sunt insigniti, qua de re Hippolitus de Bonacossa tractatu de famulis quæst. 28. Duennas Reg. 9. ampl. 10.